



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IV. An Prælati sine consensu Capituli, aliisque juris solemnitatibus, validè renuntiare possit hæreditati, vel legato rei immobilis, aut mobilis pretiosæ relicto Ecclesiæ?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

fuerit, Si tamen iusta causa non adsit, ipso iure irrita, & nulla est, c. 1. h. t. in 6. Clement. 1. & Extravag. unica. eodem. quando enim duo requiruntur ad valorem actus, uti in nostro casu, iusta causa, & debita forma, alterutrum solum non sufficit. Et hinc etiam ipso iure nulla est alienatio rei talis prohibita alienari, si iusta quidem causa interveniat, desit tamen requisita solemnitas, c. Si quis 6. juncta Glossa V. ab initio h. t. non quidem quasi iure naturæ, & in foro conscientie nulla sit, ita ut, qui sine solemnitatibus à iure præscriptis, à legitimo tamen Superiore, sine fraude & dolo, ex iusta causa, rem Ecclesiæ acquisivit, retinere eam non possit, aut fructus illius, donec repetantur, sed quod in foro externo, contra repetentem tales res Ecclesiæ, sine solemnitatibus requisitis alienatas, non detur exceptio, & contractus initus omnino rescindendus sit: quamvis enim iura potuissent contractum talis alienationis nullum etiam in foro conscientie facere, non est tamen facile hoc præsumendum, nisi exprimat, quod in nostro alienationis casu non fit; & hinc fatentur Auctores, quod sola subsequens ratihabitatio Conventus (absolutè etiam quoad forum externum) alienationem validam facere possit. c. Cum nos 3. De his. que fiunt à Pralat. &c.

§* * §

§. IV.

An Prælati sine consensu Lati-
tuli, aliisque iuris solemnitatibus,
renunciare possit hereditati, vel legato
rei immobili, aut mobili præ-
tiosa relicto Ecclesiæ?

Respondetur probabilem esse
sententiam esse, quod non
validè renunciare, non adhibitis
sitis solemnitatibus, quia renun-
ciatur in hac Ecclesiæ favorabili
ria, speciem alienationis habet, pro-
bilitatem tamen sententiam, & im-
muniorem esse, quod possit sine
quisitis à iure ad alienationem
ciendam solemnitatibus, vel re-
pudiare Prælati, tam hereditatem,
quàm legatum suæ Ecclesiæ
atum, quia talis repudiatio non est
natio, quæ in diminutione bonorum
propriorum consistit, sed potius in
quisitio lucri, neque enim. Iam
non acquirere lucrum, & rem suam
sibi quæsitam perdere; & quæ-
gata in specie rei dominium ante
hereditatem, ab ipsa die, quæ
moritur, legatario acquiritur, ut
diatio talis postea subsequens acqui-
jam rei videatur alienatio, donec
tamen tale à die illa perfectè non
acquisitum, sed sub conditione
repudiaverit, ita ut si postmodum
tione nunquam censetur acquiritur
argu. L. Si sponsus 5. §. Si maritus
ff. De donat. inter vir. & uxor. Et
Quod autem §. Proinde, Et §. Sed
illud. ff. Quam fraud. credit. Et L. Pro-
nia 63. §. Sed nec heredem. ff. ad legem

Falcidiam. Licet tamen talem repudiationem sine iusta causa fieri saepe non posse, facile conceditur, cum per talem renuntiationem, saepe noceat Ecclesiae, & per dolosam, aut negligentem administrationem non acquiritur, ex propriis bonis refarcire debeat, Praelatus.

SECTIO III.

De consensu, vel auctoritate Praelati necessariâ ad rerum Ecclesiasticarum alienationem.

§. I.

An, & quando Superioris Praelati consensus, vel auctoritas requiratur ad alienationem rerum Ecclesiasticarum?

S bona alienanda spectent ad Ecclesiam inferiorem Cathedrali, quae Collegiata non est, subiecta tamen iurisdictioni Episcopi, & hic fit auctor talis alienationis, necessarius etiam est consensus Capituli Cathedralis. *argu. Clement. 2. h. 1.* Si verò Episcopus non sit auctor alienationis, sed Praelatus, seu Rector inferior Ecclesiae, de cuius bonis alienandum aliquid est, requiritur ad alienationem talem faciendam, praeter consensus, & auctoritatem Episcopi, non quidem consensus Capituli Cathedralis, cum hoc nullo iure statuatur, sed consensus Capituli inferioris huius Ecclesiae, si tamen Ecclesia illa inferior collegiata sit, vel conventum habeat; vel si non habeat, solius Episcopi auctoritas in alienationem ab inferiore Praelato, vel Rectore factam, consentientis

Compend. Pirhing.

sufficit, tum quòd per Capituli inferioris consensus, satis caveatur temerariae alienationi; tum quòd Rector Ecclesiae non Collegiatae tantam potestatem habeat, in alienando, cum auctoritate Praelati sui Superioris, quantam Praelatus Ecclesiae Collegiatae unâ cum suo Capitulo; tum quòd auctoritatem praestare in alienationibus rerum Ecclesiasticarum, sit iurisdictionis Episcopalis. *can. Abbasibus 41. Causa. 12. q. 2. & can. In venditionibus 40. Causa 17. q. 4.* ex quibus omnibus apparet, quòd de iure communi in omni tali alienatione, consensus Episcopi, sive illius auctoritas intervenire debeat, nisi plenissimo iure sibi subiectas tales Ecclesias haberent Praelati inferiores, aut specialia privilegia Ecclesiae alicui competant, circa tales alienationes, prout saepe habent regulares.

§. II.

An in alienationibus rerum Ecclesiasticarum etiam intervenire debeat consensus, seu auctoritas Romani Pontificis?

Respondetur, spectato iure novo, in *Extravag. Ambrosios. unica. h. 1.* inter communes, statuto, ad omnem, omnium bonorum & rerum Ecclesiasticarum alienationem, per quam ipsorum dominium (directum vel utile) transfertur, requiri Summi Pontificis consensus, ita ut nullus sit talis contractus, si haec Summi Pontificis auctoritas non intervenerit (nisi in casibus à iure permissis, locando scilicet non ultra triennium, aut in emphyteusim, aut feudum concedendo, res ab antiquo iam infeudati, vel in emphyteusim concedi solitas,

Ppp

aut